



Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1720

Quæst. 519. An & qualiter ex defectu animæ, ætatis, libertatis, ex defectu perfectæ lenitatis irregularitas incurratur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73982](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73982)

formitate, ita ut baculo vel ligneo pede uti cogere-
tur, quæ indecora forent in altaris ministerio, Reif-
fent. h. t. à n. 20.

*Quæst. 519. An, & qualiter ex defectu
animæ, ætatis, libertatis, ex defectu
Sacramenti seu bigamie, item ex de-
fectu perfectæ lenitatis irregulari-
tas incurratur?*

1. Resp. ad primum: ex defectu animæ irregula-
res sunt, qui usu rationis vel omnimodâ sci-
entiâ defuturi, utpote qui etiam jure naturali & di-
vino arcantur à suscipiendis Ordinibus, quia inepti
ad munus singulis Ordinibus correspondens subeun-
dum.

2. Resp. ad secundum: irregulares ex defectu
ætatis sunt, qui nondum habent ætatem legitimam
ad Ordines suscipiendos, de qua plura statuit Trid.
Sess. 23. c. 11. & 12. de reformat. quæ irregulari-
tas durat, quamdiu durat defectus ille ætatis, arg.
c. ult. de temp. ordinar. & illo adveniente cessat citra
dispensationem.

3. Resp. ad tertium: inducitur ex defectu liber-
tatis, quâ ratione irregulares sunt primò: servi seu
mancipia; de quo vide me L. 1. q. 635. n. 1. & 2.
ubi: quòd impromovibiles ad ordines, etiam pri-
mam tonsuram, & q. 636. n. 1. ubi: quòd si non
contradicente domino initientur primâ tonsurâ,
evadant liberi, & n. 2. ubi: quòd ignorante domi-
no ordinentur minoribus, maneat servi, & n. 3.
ubi: quòd ordinetur diaconus vel subdiaconus ab
Episcopo sciente esse servum, ignorante domino eva-
dit liber, & n. 636. n. 4. ubi: qualiter reductus à
domino maneat privatus ordinis exercitio, non ta-
men privetur privilegio canonis; item quòd ordi-
natus in sacerdotem reduci nequeat, debeat tamen
servire domino in ministeriis spiritualibus, si non
habet, unde se redimat. Secundò: jam conjugati,
cùm hi non admittantur ad Ordines sine licentia
uxoris vovum continentia emitentis. c. uxoriatus.
de convers. conjugator. Vide de his pluribus Castrop.
rr. 19. d. 6. p. 13. Tertio: obligati ad ratiocinia
& hujusmodi. L. 1. tit. 19. de obligat. ad ratiocin.

4. Resp. ad quartum: irregularitas contrahitur
ex bigamia, de quo vide me L. 1. q. 643. ubi: qua-
liter bigamus repellatur ab Ordinibus; in qua bi-
gamia in ordine ad suscipiendos Ordines dispensa-
re possit Episcopus, vide apud me q. 644. & apud
Castrop. l. c. p. 8. à n. 14.

5. Resp. ad quintum: ob defectum perfectæ leni-
tatis præter Judices, Assessores, Consultores, ac-
cusatores, advocatos testes in causa sanguinis, de
quibus dictum est *quæst. præced.* irregularitatem in-
currunt Notarii, tabelliones, testium depositiones
recipientes, illasque, quando publicantur, legentes,
sententiam dictantes, à famulo scriptam sigillo au-
thentico signantes vel pronunciantes, quia hi omnes
ad prolationem sententiæ & consequenter ad mor-
tem auctoritate publicâ concurrunt, secus ac famu-
li transcribentes sententiam à Notario scriptam, ita
Castrop. l. c. p. 14. §. 4. n. 2. item irregularitatem
incurrunt tortores, si reus ex tortura confessus cri-
men, cujus causâ pœna sanguinis afficiatur, nisi id
fiat in tribunali inquisitionis. Item ad custodiam
comitantes Judicem, non tamen, et si Clerici, comi-
tantes vel assistentes supplicio, etiam curiositatis
gratiâ, licet per hoc peccent leviter, ut Suar. de cens.
d. 47. §. 4. in fine, quod ipsum tamen præceptum
non assistendi sententiæ & supplicio sanguinis fa-

ctum clericis consuetudine abrogatum videri ait
Castrop. l. c. vers. deinde. neque etiam monentes
carnificem, posse jam illum fungi suo officio, vel
reum, ut scalas ascendat. Irregulares item efficiun-
tur ex defectu lenitatis perfectæ milites in bello ju-
sto (secus, si bellum injustum sit, quia tunc irregu-
laritas oritur ex delicto) occidentes vel mutilantes,
cùm tales milites ut ministri publici occidant & mu-
tilent acceptâ auctoritate à republica; his non ob-
stante, quòd occidant in defensionem propriæ pa-
triæ, sicut etiam Judex non evitat irregularitatem,
quòd sententiam sanguinis proferat & exequi de-
beat ex obligatione justitiæ. Non tamen irregu-
laritatem incurrit Sacerdos in bello justo exhortans
ad occidendum aut propriâ manu pugnans, nisi ipse
per se occidat aut mutilet, sique de hoc certus, ut
ex communi Abb. in c. ult. & penult. de Cler. percuss.
Nav. c. 27. n. 215. Covar. Clem. si furiosus. 2. p. §.
3. n. 2. Mol. de just. rr. 2. d. 110. concl. 2. Laym.
L. 3. Sum. rr. 3. p. 3. c. 8. Bonac. de irreg. d. 7. q.
4. punct. specialiter. n. 7. Hurt. de irreg. diff. 12.
Henriq. L. 14. c. 12. n. 4. Castrop. l. c. §. 5. n. 2.
arg. c. petito tua, de homicid. Et his non obstantibus,
quòd clericis propriâ manu pugnare in bello
offensivo prohibuitur sit. c. 1. ne clericis vel monach.
c. ex multa, de voto. et si enim actus prohibitus, non
tamen importat irregularitatem, nisi hæc expressa
in jure. Unde nec obstat, quòd Sacerdotibus per
c. quod in dubiis sub peccato gravi, de penis, interdicitur
gubernatio navis ad pugnandum & excitandum
milites, quia ibi in gl. est sermo de bello in-
justo, præterquam quòd illis ibi non statuitur
irregularitas, sed suspensio & depositio ferenda tan-
tùm. Castrop. n. 3. De cætero si miles etiam cle-
ricus in bello defensivo nullum occidat, aut mu-
let, non fit irregularis. arg. c. 2. de immunit. Eccles.
quia cùm defensivo illa sit juris nature, credendum
non est, illam inducere impedimentum canonicum,
quamvis secus sit de illis pugnantibus in bello of-
fensivo voluntariè, & non coactè, ut Castrop. l. c. n.
5. citatis Valent. Tom. 3. d. 3. q. 10. p. 4. col. penult.
Hurtad. l. c. n. 44. Con. Bonac. & aliis. Porro in
hac irregularitate ex defectu lenitatis dispensare, &
eam tollere nequit nisi Papa. Sayr. L. 6. c. 19. ad fin.
Bonac. d. 7. q. 4. p. 4. in fine. Suar. cit. d. 47. §. 6.
in fine. Castrop. l. c. n. 6. Sufficere autem ad eam
impediendam Papam concedere Clerico facultatem
propriâ manu pugnandi, non tamen concedendo
solum assistere pugna, tradunt ex communi Covar.
in Clem. si furiosus. 2. p. §. 3. n. 1. Nav. c. 25. n. 75.
Mol. de just. rr. 2. d. 108. vers. est vero. Suar. de bel-
lo. d. 13. §. 3. n. 6. Castrop. n. 7. & alii apud illum.
Ad irregularitatem incurram defectu lenitatis, dum
quis partem sui corporis, etiam usum Ordinis non
impedientem per indignationem, aut zelo indultec-
to sibi abscindit, aut per alium abscindi permittit,
juxta expressum textum. c. qui partem, dist. 55. &
prout tradunt Mol. rr. 3. d. 67. in fine. Sayr. L. 6.
c. 7. n. 13. Suar. de cens. d. 51. §. 2. à n. 7. Bonac.
l. c. q. 2. p. 2. n. 29. Castrop. rr. 29. d. 6. p. 12. n.
1. Aliique apud illos, debere tam hanc abscissio-
nem quam culpam esse notoriam, volunt Nav. c.
27. n. 198. Henriq. L. 14. c. 8. n. 4. Covar. l. c. in
pr. n. 6. Avil. de irreg. p. 7. d. 3. du. 1. vers. præterea
aliique plures apud Sayr. contrarium verius repu-
tantibus Castrop. l. c. n. 2. Mol. rr. 2. d. 70. n. 16.
Sayr. L. 6. c. 7. n. 12. Garc. de benef. p. 7. c. 12.
n. 5. contrahi autem hanc irregularitatem, si à dante
causam culpabilem, ut sibi virilia aliudve mem-
brum amputetur à Judice, vel etiam à marito ob

commiffum adulterium, cenfent Ugol. *de irreg. c.* 18. n. 1. Suar. *d. 5. 1. S. 2. n. 8.* Laym. *L. 1. tr. 5. p. 5. c. 7. in fine.* Avil. *l. c. du. 1. Mol. l. c. tr. 3. d. 70. n. 18.* contrarium fentientibus Hurtad. *diff. 14. n. 52.* Cõn. *de irreg. d. 18. du. 13.* Caftrop. *cu. p. 12. n. 3.* Ec. eò quòd textus juris loquentes de hac irregularitate faciunt tantùm mentionem de eo, qui ex indignatione & zelo indifcreto caftitatis fibi membrum amputavit per fe vel per alium, & nullus de eo, qui ad hoc caufam dedit. Et ideo non improbabile cenfet Caftrop. *n. 4.* non fore irregularem, qui fibi tefticulos abfcindi fecit vocis retinendæ caufâ, idque etiam, quia iura inducentia hanc irregularitatem de vitilium, & non de abfciffione tefticulorum loquuntur. Illud verò receptum dicit à D. D. non incurri irregularitatem, ac ita docent Nav. *l. c. n. 196.* Suar. *l. c. n. 10.* Henriq. *l. c. n. 4.* Avil. *l. c. Caftrop. num. 5.* ob imbecillitatem membri ejusve carenciam fine culpa propria contingentem, v. g. Si natus eft quis fine pudendis, aut per vim castratus à parentibus, ab inimicis vel infidelibus in odium fidei, vel confilio medici aut Chirurgi ob valetudinem, & ab hac irregularitate orta ex fui ipfius mutilatione voluntaria poterit Epifcopus difpenfare vi Concil. Trid. *Seff. 24. c. 6. de reform. modò mutilatio fit occulta, ut Caftrop. l. c. n. 6.* Angel. *v. corpore vitiatu,* vel etiam, ut Avila. *p. 7. d. 3. du. 3. concl. 2.* modò propria culpa fit occulta, licet abfciffio fit notoria.

Quæft. 520. Quinam fint effectus irregularitatis?

I. Esp. effectus irregularitatis funt potiffimum tres: primus & præcipuus eft privatio Ordinis licitè fufcipiendi. *can. jurandum. can. fi cujus uxor. diff. 34.* non tamen fufcipiendi validè, cùm Ecclefia validam fufceptionem nullatenus impedire poffit, dum adfunt à Christo requifita, nimirum adhibetur legitima materia ac forma à legitimo miniftrò, ut Caftrop. *tr. 29. d. 6. p. 5. n. 1.* cum Bonac. *de irregul. d. 7. p. 4.* & communi, fed & nullibi iura prohibent ab irregulari fufcipi primam tonfuram validè (etfi eam ab eo fufceptam irritare potuiffet, cum inftituito illius dependeat ab Ecclefia, Bonac. Caftrop. *ll. cit.* Suar. *de cenf. d. 40. S. 1. n. 1.*) fed folum prohibent eam licitè fufcipi, cùm etfi propriè ordo non fit, sub eo tamen latè accepto comprehendatur, & ad prohibitionem fufcipiendi eam licitè ab irregulari ex hoc ipfo rectè inferatur, quòd hæc tonfura fit difpofitio ad ordines, ac proinde, qui incapax eft ad hos fufcipiendos licitè, eam quoque licitè fufcipere nequeat, uti docent Nav. *Tom. 1. confilior. conf. 24. de temp. ord. n. 1. S. 3.* Suar. *l. c. n. 11.* Sayr. *thef. L. 6. c. 1. n. 19.* Fillic. *tr. 18. c. 3. n. 39.* Avil. *l. c. d. 2. du. 6.* Caftrop. *l. c. n. 2.* Irregularitas verò fupervenienti ordinaro, fi eft ex delicto, privat ordinatum quolibet exercitio ordinis fufcepti, & inhabilem reddit ad alium ordinem fufcipiendum. Suar. Avil. *ll. cit.* Covar. *de homicid. p. 1. S. 1. n. 3.* Caftrop. *l. c. n. 3.* Nav. *c. 27. n. 194.* fi autem fuperveniat, impedit folum ordinem fufcipiendum, & ordinis fufcepti ufum, quem defectuofus exercere feu præftare nequit, idque, five defectum culpabiliter five inculpabiliter contraxiffet, Suar. *l. c. S. 2. n. 38. junctâ S. 3. n. 25.* Nav. *l. c. n. 191.* Caftrop. *l. c.* De cætero nulla irregularitas privat actionibus communibus laicis cum clericis, quales funt recipere Sacramenta præter ordinem, audire officia divina, fepleri in loco facro, baptizare finè folennitate, communicare cum fidelibus. Nav. *l. c.* Suar. *d. 40. S. 2. num. 8.* Covar. *l. c. S. 1.*

initio. Caftrop. *l. c. n. 4.* Cõn. *d. 18. du. 1. n. 4.* Bonac. *de irreg. d. 7. p. 4. n. 5.*

2. Effectus fecundus eft privatio quorumcunque beneficiorum obtinendorum, fi irregularitas fit absoluta feu totalis, arg. *c. dudum. de elect. c. fin. de cler. duell.* cùm enim beneficium fupponat Ordinem, vel faltem primam tonfuram, qui incapax eft primæ tonfuræ recipiendæ, qualis eft, qui absolute irregularis eft, etiam incapax eft recipiendi aliquod beneficium, exercendique, quæ beneficia funt propria. arg. *c. fin. de Cler. excom. miniftr.* unde collationem beneficii tali irregulari factam validam elle negant Suar. *l. c. n. 30.* Nav. *c. 27. n. 149.* Sayr. *l. c. c. 2. n. 12.* Bonac. *l. c. Avila l. c. concl. 1.* Henriq. *L. 14. c. 2. n. 5.* & alii apud Caftrop. *l. c. n. 6.* qui tamen *n. 7.* uti & alii cenfent ex data ratione plus non inferri, quàm talem collationem elle illicitam, & venire irritandam, non tamen ipfo jure elle nullam, plures autem effectus & pœnæ tribuendæ non funt irregularitati, quàm in jure expreffæ, ut bene Suar. & Caftrop. *ll. cit.* apud quem poftremum vide, qualiter plures textus juris, quibus contrarium, nempe invaliditas talis collationis ipfo facto indicari videtur interpretandi, multò minus itaque irregularis ipfo facto erit incapax jurisdictionis ecclefiafticæ five delegatæ five ordinariæ fecundum fe, ad eoque nec quatenus annexa beneficio, dum ipfius beneficii fufcipiendi irregularis ipfo jure incapax non eft. De cætero loquendo generaliter, ficut irregularis inhabilis ad beneficium fufcipiendum, ita etiam inhabilis eft ad jurisdictionem ordinariam, quippe beneficio, cujus regulas fequitur, fufcipiendam. Suar. *l. c. S. 2. n. 2.* Dico: *ad ordinariam jurisdictionem,* nam jurisdic-tio delegata irregulari ad quælibet alia munera præter ufum Ordinis concedi poteft, quia nullibi cavetur ad eam fufcipiendam irregularem inhabilem elle. Bonac. *de irreg. d. 7. q. 1. p. 4. n. 12.* Dixi etiam ad initium hujus §. *fi irregularitas fit absoluta:* fi enim fit partialis fupervenienti ordinaro non ex delicto, fed ex defectu (qualis eft, de qua in *c. 2. de Cler. agrotante*) poteft irregulari licitè & validè conferri beneficium non requirens ufum repugnantem defectui. Valent. *Tom. 4. d. 7. q. 19. punct. 2. verf. Et dicendum,* Sayr. *l. c. n. 3.* Garc. *de benef. p. 7. c. 12. n. 19.* Caftrop. *l. c. n. 5.*

3. Effectus tertius irregularitatis eft fecundum aliquorum D. D. fententiam, privatio beneficiorum ante irregularitatem acqulfitorum, eò quòd irregularis plerumque incapax exercendi officium, ratione cujus beneficium conceditur, ita ut proinde obligatus videatur beneficium dimittere, cùm ejus obligationi fatifacere nequeat. Nihilominus oppofitam fententiam, quòd nimirum illa privatio non inducatur ipfo jure, fed ad illam requiratur officium feu fententiæ Judicis, faltem declaratoria criminis, prout colligitur ex *c. fraternitati. de cler. excom. & c. poftulatis. §. quafiviftis. ead. c. ex literis. de exceffib. Prælatorum.* tanquam communem tuerentur Valent. *l. c.* Sayr. *l. c. n. 21.* Suar. *l. c. n. 15.* Nav. *l. c. dicto 5.* Laym. *Lib. 1. tr. 5. p. 5.* Riccius *in prax. decif. 185. ad finem.* Henriq. *l. c.* Bonac. *l. c. n. 8.* & alii, quos citat & fequitur Caftrop. *l. c. n. 9.* cùm nullus fit textus in jure hanc pœnam ipfo jure inducens, neque ea inferatur ex verbis Trid. *Seff. 14. c. 7.* loquente fpecialiter de irregularitate homicidii: *qui fuâ voluntate homicidium perpetravit, omni ordine & beneficio ecclefiaftico perpetuò careat;* nam ut Caftrop. *l. c. n. 10.* cum Suar. *l. c. d. 44. S. 4. num. 32.* verba hæc intelliguntur non pari-